

INDEX MATERIARUM

De A. pag.  
 Abrogatione Legum. 1.  
 Aedificijs privatis. 97.  
 non Appellandi priv. 445.

B.  
 Bello Svecico Discurs.  
 juridico-Politicus 511.

C.  
 Censu redimibili & irre-  
 dimibili - - - 235.  
 Coloribus juris. - 43.  
 Collectis. - 697.  
 Canonum errores. 723.  
 Cont. libris realibus 224.  
 Contestatione libris. 417.  
 Competenti foro 393.  
 Compensationibus 527.

D.  
 Discursus juridico Politicus  
 De bello Svecico. 511.  
 Differentijs juris communis et Sax. p. 555.

De E. pag.  
 Expeditariarum rerum  
 Successione testamentaria. 185.  
 Errores Canonum. 723.

F.  
 Feudalium in Successio-  
 ne testamentaria. 185.  
 Fideiussoribus. - 264.  
 Foro competenti 393.  
 Fasciculus errorum Thulmudi 723.

G.  
 Gerade Successione testa-  
 mentaria. 185.

I.  
 iure non appellandi. 445.  
 iuris coloribus. 43.  
 in integrum restitutio. 495.  
 iuris communis et Sax. differ. 555.

L.  
 Legum abrogatione. 1.  
 Legitimatione. 57.  
 Litis contestatione. 417.

DISPUTATIO JURIDICA  
DE FIDEJUSSO-  
RIBUS

Quam  
Divinâ Clementiâ feliciter  
faciente

Ex  
Decreto & Authoritate Magnifici & Amplif-  
simi Iudiciorum ordinis in celeberrima Lipten-  
sium Academia,

Sub presidio  
GERBERI Dieterichs Saxonis.

Nobilissimis ac præstantissimis dñn. collegis dispu-  
tandam exhibeo

FRANCISCVS à TROTTA Eq. Misn.



HALÆ SAXONUM,  
Typis exscripsit CHRISTOPHORUS BISMARCUS.

ANNO M. DC. XIII.

264.  
10

N. 11

10



*Viro Strenuo ac Nobilissimo*

**D<sub>n</sub>. FRIDERICO à TROT-**  
**TA** hæreditario auffs Schopen/ etc. parenti  
suo ut plurimum amando ita  
colendo

*Hanc Disputationem in debita observan-*  
*tia & amoris testamen ac quale quale*  
*studiorum argumentum inscribit ac*  
*vovet*



Respondens.



265



DISPUTATIO JURIDICA  
DE FIDEJUSSORIBUS.

THESIS I.

**N**E de suis creditis creditores periclitentur, Ideò accipere fidejussores (a) consueverunt, dum curant, ut diligentius sibi sit cautum (b) Est autem fidejussio (de hâc enim materiâ, quâ in foro vix ulla occurrit frequentior, in præsens tractare animus est.) nihil aliud, quam stipulatio (d) quâ quis alienam obligationem (e) citra ullam novationem (f) suâ fide esse jubet, (g) in cujus divisione mirum, quantum Dd. variant. (b.)

(a) à fide & jussione sic dicti, quòd fide sua, hoc est, periculo & præstatione l. 24. ff. b. obligationem esse jubeant, h. e. mandent, velint ac profiteantur l. 8. §. 2. ff. ad SC. Vell. Wes. cons. 10. vol. 1. & in parat. ff. b. n. 2. Hinc fidejussores dicuntur fidem suam obligare l. pl. 27. d. e. fidem tuam pro alio obstringere l. amissi ff. l. eo l. 6. C. mand. fidem accommodare, fidem dare, l. pen. ff. si quid in fraud. Ne autem nominis ambiguitatis nobis imponat meminisse debemus nomen fidejussionis jus nostrum alias in genere, & largè, aliàs stricte & magis propriè accipere. In genere & largè leges nostræ fidejussorem dicunt, omnem illum, qui alienam in sese transfert obligationem, l. 8. §. 2. ff. ad SC. Vell. l. 2. ff. eo doctè Cujac. in tr. ad African. l. 4. in explic. l. 19. ff. eo Wes. in par ff. l. n. 2. Quomodo & Imperator accepit in pr. l. b. t. Pontifex in Decret. eo. Valent. Franc. de fidejuss. c. 1. n. 3. Heig Wes. ad pr. lh. Stricte verò & propriè eum fidejussorem nominant, qui non nomine debitoris sed proprio pro debitore stipulanti citra novationem promittit, l. 97. §. 1. ff. de V. O. Cujac. in par. ff. d. l. vult. n. 4. Heig. n. 2. Wes. n. 1. ad pr. lh. quomodo acceptum in tit. de fideiuss. ff. mand. ut argumento est tituli inscriptio. Sed & ad promissores fidejussores Jcti veteres appellârunt, l. 5. §. 1. ff. de V. O. l. 64. §. 2. ff. de solnt. Vult. n. 1. Heig. n. 2. ad 21. lh f. Myns. ad Rubr. l. eo. n. t. Duar. c. 1.

A 2

b. t.



b.t. Quod idem cum altero promittant Goedd. de stipul. c. 5. n. 16. Hering. in tr. de fidejuss. c. 3. n. 5. Franc. d. tr. c. 1. n. 32. Bocer. d. 1. disput. 16. th. 1. Probare igitur non possum, quod Goedd. ad l. 150. ff. de V. O. n. 2. Et cum secutus Treutl. p. 2. disput. 28. th. 1. lit. a. ad promissorem exponunt indemnitate fidejussorem, fidejussorem illum esse quidem dicunt, sed in quo multa specialia occurrant, Ast angustior hæc est acceptio, quam ut d. l. 5. : 2. de V. O. eam admittat, nisi Goedd. excusare velis, & dicere differentiam, quam Dn. Goed. d. l. tradit, ad promissorem à fidejussore non discernere, sed tantum fidejussores indemnitate, à cæteris fidejussoribus discriminare.

Sponsores quoque nominantur fidejussores. Cavendum igitur ab Accurs. in Nov. 4. Franc. de fidej. c. 1. n. 21. Barbat. conf. 87. n. 14. Sponso-rem eum definiuntibus qui ultrò non rogatus pro alio intercedit. Hinc Schneid. lh. f. n. 7. scribit in libello hæc subjici solere, weil ich dannt vff sein fleißiges bitten vnd ansuchen / mich von seinet wegen in Bürgers- schafft eingelassen / etc. fidejussorem verò qui mandante & rogante alio fidejubet, at verò inter sponso-rem & fidejussorem, aut nullam, aut si qua est non aliam quam generis & speciei esse differentiam, benè docuerunt, Goedd. de stipul. c. 8. n. 24. Hering. d. tr. c. 3. n. 32. & seq. Si quis a. scire velit, an fidejubere liceat, num is, qui mediante juramento confirmavit fidem se pro nemine interpositurum, si postea ab homine e- gente rogatus fidejubeat, obligetur, Denique an parens per ultimam suam dispositionem, fidejussionem prohibere certæ quoque familiae pacto introduci possit, ne unus aut alter de illa familia citra aliorum cõ- sensum fidejussoris onere se aggravet, eum remitto. ad Molin. in tr. de u- sur. n. 254. Marant. in specul. aur. p. 6. act. 9. dn. Rutg. Ruland. in tr. de commiss. Et commiss. p. 4. lib. 6. c. 4. n. 9. Curt. jun. conf. 121. n. 2. Heig. ad pr. d. t. (b) In eo namque finis fidejussionis vertitur ut creditor pecuniam, quã dedit in tuto semper habeat, pr. & ibi Schne. Myns. Heig. Wes. Jh. t. Colle. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 253. Franc. de fidejuss. c. 1. n. 1. Hippol. de Marsilijs addit. de fidejuss. n. 3. & seqq. (c) S. 1. lh. f. l. 1. c. verbci. ff. de V. O. l. 1. l. 2. in tot. tit. ff. h. l. 12 C. eo. Sine stipulatione igitur fidejussor non constituitur Hart. l. Iart. in pract. tit. de fideiuss. obs. 4. Marquaro Freher. 2. parerg. c. 6. Frideric. Bruckm. conf. 8. n. 63. Rutg. Ruland. de commiss. lib. 4. c. 4. n. 2. Ple- rumque autem ita fideiussores interrogabantur, Quantam penuriam credidero tuã fide esse iubes. l. si debitor S. ult. ff. h. t. l. quidam S. ult. ff. de V. O.

V.O. Sed & fideiussor interdum his verbis spondebat, quanto minus à reo exigi vel ex pretio pignoris distracti, servari posset, l. si ita ff. de novat. Sed de formulis fideiubendi plura scire desiderans adire potest specul. in tit. de fideiussor. Myns. conf. 71. Coler. de proc. execut. p. 1. c. 10. Bar-  
nabam Brissonium de form. J. R. hb. 6. pag. (mibi) 578. Ex hoc principio illud dependet, ut inter absentes & per epistolam, (Quamvis hodie communi Germaniæ nostræ stylo involuerit ut per epistolam inter absentes fideiussiones non minus validæ sint, quam si solenni stipulatione essent celebratæ, maxime inter Mercatores inter quos apices iuris non attenduntur Dec. conf. 10. n. 5. Rutg. Ruland. d. tit. 4. c. 4.) fideiussio contrahi non magis possit, quam ipsa stipulatio. l. 1. in pr. ff. de V. O. l. 3. C. de inutil. stipul. Myns. Dn. Borch. Heig. V. Vesen. ad tit. I. d. f. Mascard. de probat. concl. 781. Sneyd. ad S. 1. J. h. t. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. Rutg. Ruland. d. l. Sanè illud observatione non indignum propter pupillorum favorem & publicorum actorum auctoritatem receptum esse, ut si fideiussores à tutoribus fuerint nominati, & illi præsentibus non contradixerint, sed nomina sua in acta publica referri passi fuerint, perinde teneantur, ac si legitima stipulatio esset interposita l. 4. § fin. ff. de fideiuss. & nominat Heig. ad pr. I. h. t. n. 3. Cuiac. in l. 7. ff. de dol. mal. Boër. decis. Et hæc lex Dd. occasionem præbuit existimandi fideiussorem censeri omnem, qui pro alio nomen suum actis inseri consensit, pet. f. de iur. sisti c. 45. Boër. decis. 314. Barbat. conf. 80. Bald. conf. 204. Pacian. de probat. 1. c. 24. n. 33 vide gloss. ad Landrecht / lib. 12. art. 6. in verbis, Widersprech einer &c. Quod nescio an subsistere possit, Aliàs certum est, si quis scripserit se fideiussisse videri omnia solenniter acta, l. sciendum ff. de V. O. S. ult. l. 1. 3. de V. O.

Solennitas namque intrinseca semper præsumitur, qualis est stipulatio fideiussionis, Menoch. d. loc. Myns. Heig. Vult. ad d. S. fui. l. b. f. 7. Decian. conf. 120. n. 3. Ex hoc fundamento nullo negotio colligere potes, quid mandator, (cuius scilicet auctoritate & mandato contrahitur obligatio, vel qui mandat ut sua fide pecunia credatur, l. 12. §. 1. ff. mand.) Et constitutor (h. e. qui pro alio, quantum ad rem nostram se soluturum constituit, idque nudo pacto sine stipulatione l. 26. ff. de constit. pec. interp. ad §. 6. l. de act. à fideiussore distent. Mandator enim regulariter præcedit obligationem principalem l. 12. ff. mand. Myns. Schneid. ad pr. I. b. f. fideiussor vero & præcedere potest & sequi obligatio, §. 3. Et ibi

A 3

Dd.

266

l. f. Epita cele  
f. f. f. f. f.  
d. in f. c. e  
vermi.

Mandatorge

Constitutor

Epita in  
lat. et f. c.

1.





## II.

267.  
 Quasi per manustraditum est illis tantum fidejubendi  
 jus esse quibus & stipulandi (a) nisi in specie ex causa aliqua  
 extrinseca quidam prohibeantur, quomodo mulier (b) mi-  
 les (c) clericus (d) & id genus alij prohibentur, (e) Sanè illud  
 verum est, omnes illos, qui obnoxij sunt ad fidejussores  
 dando (f) non liberari nisi idoneis præstitis (g) nec  
 posse creditorem ullo modo cogi, ut minus idoneos ad-  
 mittat (h)

(a) Quæ regula communi consensu ab interpretibus tradita est,  
 Azon. i sum. tit. de fidejuss. Rutg. Ruland. de commis. l. 6. c. 4. Duar. ad h. t. c.  
 4. Hinc recte intuleris pupillum fideiubere non posse cum nec obli-  
 gari possit, §. 10. I. de inutil. stipul. l. 7 §. fin. ff. de acquir. her. vid. Dd. ad pr.  
 I. de auth. tut. Beust. ad tit. de jurejur. n. 7. Hoc loco occurrit quæstio  
 vulgata illa quidem, sed non inelegans, an pupillus absque tutoris  
 autoritate saltem obligetur, naturaliter, de qua controversia diversi-  
 modè sentiunt Vult. 1. discept. 10. Gæd. de stipul. c. 7. Franc. de fidejuss. c.  
 2 n. 66. & seqq. Accurs. in l. 59. ff. de O. & A. Robert. 2. sent. 17. Coras. 2.  
 misc. 22. Duar. ad tit. de V. A. Clariss. Ger. IC. dn Iohan. Borch. in tr. de  
 pact. c. 3. & in tr. de reb. cad. c. 3. Ant Fab. 8. conj. 6 & ad l. 28. ff. de pact. &  
 in juv. jr. Papin. tit. 2. pr. 2. Tim. Fab. 2. disp. 8. th. 11. & 12. Bocer. in tr. de in-  
 vestit. c. 7. n. 70. quidem in huic modum rem omnem absolvo.

Pupillus aut infans est aut infantia proximus, aut proximus pu-  
 bertati, Infans nullo modo obligari potest nec naturaliter nec civiliter,  
 nec cum nec sine autoritate tutoris, quia nullum intellectum habet nec  
 multum distat à furioso l. 5. in h. part. 6. ff. de R. J. Infantia proximus  
 autoritate quidem tutoris & naturaliter & civiliter obligari potest,  
 aut sine tutoris autoritate haud obligatur. Est namque Caio teste,  
 furioso proximus l. 1. §. 13. ff. de O. & A. Benè tamen memineris utrum-  
 que tutori ex tutelæ administratione obligari civiliter, quoniam pro-  
 vocandi erant tutores, ut promptius de suo aliquid, pro pupillis im-  
 pendent, dum sciunt se recepturos id quod impenderint, l. 1. §. 1. ff. de  
 contr. tut. act. Quomodo & in aliis causis, sine tutoris autoritate obli-  
 gatur, uterque ex quibus & furiosus etiam ignorans obstringitur

§. sui

Non A h  
 Pupillo.

Questio.

Secusio.

*S. sui I. de her. qua ab intest. l. 27. §. 1. ff. de nego. gest. l. 4. C. de her. act.*  
Et quæ ex re ipsa veniunt *l. 4. ff. de O & A.* Pubertati vero proximus  
e. (quis autem pubertati proximus censeatur valde, variant Dd. forte re-  
ctius faciunt illi, qui hanc rem discretioni iudicis committunt eum.  
Menoch. z. *arbitr. cas. 57. n. 20. Setzer. de juram. c. 2. n. 13*) Ex delicto e-  
quidem obligatur civiliter ex conventionem verò absque tutore alias  
obligatur naturaliter alias minus prout æquitas naturalis hoc sugge-  
rit. Suggestum autem eum obligari, si factus sit locupletior, quo casu  
ex rescripto Divi pii utilis datur actio perinde & si civiliter esset obliga-  
tus *l. 5. ff. de autor. tut.* Inde tamen si inferre velis civiliter eam obli-  
gari vehementer erraveris *Giph. ad l. 46. d. O & A. Dn. Borch. in tr. de*  
*V. O. c. 3. Donell. in l. 127. ff. de V. O. & 12. com. 22. Vult. 1. disc. 11. conf.*  
*Lychl. 6. memb. 19. Duar. ad h. t.*) si de eius præjudicio non agatur,  
aut si eius dolus interveniat. Ex dicto principio & illud rectè infer-  
tur, nec furiosum nec mente captum, qui tamen si partitè loqui ve-  
limus, distat à furioso *Dn. Goedd. de stip. c. 7. n. 9. fideiubere posse, l.*  
*4. ff. de R. J. 38. l. de inutil. stipul. furiosum parco eum hic intelligo,*  
qui continua mentis alienatione, & omni intellectu prorsus caret.  
Namque si ut fieri assolet, dilucida habeat intervalla & tempore in-  
termissionis fideiusserit, quin valeat fideiussio ambigi non oportet, *l.*  
*2. C. de contr. energ. I. Dn. Borch. in tr. de pact. c. 3. n. 5. Beust. ad ad*  
*l. momendi 38. n. 573. ff. de jurejur.* Sed quid si in incerto sit utrum  
actus à furioso gestus sit tempore furoris, an tempore laxamenti, &  
magis est ut negotium tempore induciarum, non furoris peractum  
præsumamus, modo non actus præ se notam stultitiæ evidentis fe-  
rat, *Dn. Borch. d. l. Curt. jun. gl. 151. Masc. de probat. concl. 824. Diss. Dec.*  
*in l. furiosum n. 14. C. qui test. fac.* Ad hanc classem quoque referri de-  
bent nimia ebrietate obruti, *Rom. in l. 1. ff. de V. O. Zanger. de exc. p. 3.*  
*c. 11. n. 34. Masc. de probat. cond. 579. n. 34. Rutg. Ruland. de commiss. p.*  
*1. lib. 1. c. 3. Schne. de feud. p. 6. c. 4. n. 98.* Nisi fortè post discursam ebie-  
ritatem fideiussionem suam ratificent, *Schrad. d. l. muti & surdi.* Cum  
enim fideiussio stipulatione perficiatur, ille verò non nisi utroque lo-  
quente fiat, apparet has personas fideiubere non posse, *Gomez. tom. 2.*  
*c. 9. n. 5. Franc. d. c. 2. n. 21.* Hodie tamen iure stipulationum & pacto-  
rum confuso non improbabiler dici potest mutum, scriptura obli-  
gari *Wes. d. §. 3. I. de inutil. stip. Damhud. in tr. de tut. & curat. c. 6. n. 14.*  
Prodigi

Furiosus.

3.  
brig.

4.  
Nütz. d. d.

X3/

Prodigi quos Cajuseverforis, Constantinus verò Imperator omnium  
libidinum viliorumque servos vocat ille, *in lib. i. instit. tit. ult. hic in l.*  
*ult. § ult. ff. de sent. pass. & restit.* qui nec naturaliter obligantur arg. l.  
6. de V. O. Ubi Duar. Cujac. ipso ne vero jure legis vi & potestate  
prodigis administratione interdicator, ~~an vero in eam rem magistra-~~  
tus opus sit decreto, non semel quæsitum memini. Voluerunt prius  
multi, Donell. in l. 6. ff. de V. O. Et 12 com. 22. Fach. z. gl. 63. Robert.  
2. lect. 34. Posteriùs communius placuit Dauth. in eleg. tr. de test. 122.  
Cujac. in l. 18. de test. Vigl. ad §. 2. l. q. lib. non est permiss. Dn. Ericus  
Hoed. *disput. 24. th. 5. Damhudor. de tut. c. 8 n. 9. Duar. Cujac in d. l. 6 de*  
*V. O. Setzer. de jurament. c. 5. n. 12 & seqq.* In utram partem ego inclina-  
re malim, in ipso congresso declarabo. Planè ~~minorem constat fide-~~  
jubere posse, quamvis ea fidejussio cum periculo sit conjuncta, ob  
beneficium restitutionis in integrum tot. tit. ff. d. minor. Sed quid si  
curatorem habeat & ejus consensu insuper habito fidejubent, ecquid  
obligatur ipso iure: ita est licet contra disputet non ineleganter Goed.  
*ad l. 21. ff. de V. S. Rob. I. animad. 12. & 1. notar. ad Mercat. 12. Forst. de*  
*pact. c. 5. Donell. Barthol. Duar. l. 101. de V. O. Quorum sententiam in*  
*praxi obtinere non sum nescius.* (b) Velleiano enim Sclò, quod  
Marco fileno & Velleio conf. factum est plenissimè comprehensum  
est ne pro ullo fæminæ intercederent, nam sicut moribus civilia officia  
adempta sunt fæminis: ita multò magis adimendum eis fuit id offi-  
cium, in quo non sola opera, nudumque ministerium earum versa-  
retur, sed etiam periculum rei familiaris *c. 1. ff. ad SC. Vell. l. de div. S.*  
*1. ff. q. & salit eog.* Rutg. *Rul. d. lib. 6. c. 4.* Nihil interest pro extranea  
etiam cum marito Goedd. *de stipul. c. 7. cond. 16. Honded. conf. 45.*  
per tot. Nicol. Everh. *jun. conf. 13. v. 1. Dn. Frid. Bruckm. in l. in mul-*  
*tis p. 2. art. 11. n. 13.* An coniuncta persona se mulier obliget, datur e-  
nim nihilominus Amplissimi ordinis beneficium l. 3. C. ad SC. Vell.  
adeo ut ~~nec pro marito, sive in civili, sive in in criminali causâ in-~~  
tercedere queat, *l. 2. ult. ff. d. l. Novell. 134. c. 8. Myns. conf. 52. n. 28. Thef-*  
*saur. decis. 223. n. 7. Sc. Gentil. in tr. de donat. int. vir & uxor lib. 1. c. 20.*  
~~Nisi aliud consuetudine vel statuto sic inductum~~ Mynscent. *1. obs. 29.*  
Gail. *1. obs. 36. & obs. 90. Coler. de proc. p. 1. c. 3 n. 39. Vide gl. S.*  
*Lehnrecht c. 31.* Multis tamen modis accidere solet, ut mulier à bene-  
ficio Vell. ~~Sci~~ excludatur, de quibus videndi, dn. Frid. Bruckm. *in d. l.*

B

in mul.

Prodigiis.

268.

Co.

obligat

Minor.

in ab. C.

Andr. d.

Mag. in Pra.

non v.

in mulier



in multis p. 2. act. 13. ff. de stat. hom. Coler. in decis. Germ. decis. 67. n. 41.  
Thessaur. decis. 223. Zanger. de execut. p. 3. c. 9. n. 44. Donell. 12. conf. 32.  
Dn. Ericus Hoed. disput. 224. th. 33. Quibus an annumerari debeat re-  
nunciatio. Sci Vell. à muliere facta controversi iuris est, Vulgus prag-  
maticorum non dubitat adserere Sci Vell. renunciari posse, siue judi-  
cialiter illud fiat siue extrajudicialiter Fach. 2. concl. 60. Gail 2. obs. 77.  
Bus. in l. ult. ff. ad SC. Vell. gl. & Dd. in ult. ff. h. ad SC. Vell. Et horum sen-  
tentiā in praxi est recepta, Alii tamen malunt hac in re distinguere, in-  
ter judicialem renunciationem & extrajudicialem Wes. in par. ff. d. t. n.  
9. Honded. conf. 45. n. 18. Nic. Everh jun. conf. 13. vol. 1. & vol. 2. conf. 17.  
Zanger de exc. p. 3. c. 9. n. 47. Rauchb. p. 1 q. 34. n. 5. Thessaur. decis. 222. n. 2.  
Quibus novissime accedit Hering. in d. tr. c. 7. n. 46. Mihi Ant. Fab.  
ad l. 8. ff. qui satisd. cog. Et ad l. 38. ff. de part. assertio semper arrisit, Illud  
tamen monendi sumus ad hoc, ut renunciatio teneat modis omnibus  
requiri, ut mulier de beneficio SC. Vell. certioretur, ut loquetur quale  
scilicet illud, quale prærogativa donatum alioquin renunciatio haud  
esset valida probent Gail. d. loco Goedd. de stipulat. c. 7. cond. ib. Frid.  
Bruckm. d. loc. Mascard. de probat. cond. 108. Moller. ad Constit. Divi Au-  
gusti constit. 16. p. 2. n. 14. & seqq. Thoming. decis. 1. n. 60. Beust. ad l. 1. ff. de  
jurejur. n. 24. Ecquid igitur notario attestanti de eo in testamento regu-  
lariter creditur? Dico cum Dd. vulgo ad l. 30. ff. de V. O. Aliud tamen  
dixero, si notarius interrogatus, quid sit SC. Vell. ejus rei sit nescius.  
Hippolit. ad Rubr. ff. h. t. n. 39. Gail. 2. obs. 77. n. 7. Dn. Frider Bruekm.  
Diff. Alciat. de præsumpt. præsumpt. 13. n. 5. Mascard. de probat. cond. 744.  
n. 2. §. 3. (c) l. 31. C. de locat. l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. Quo privilegio inter  
alia ideo milites beavit legislator ne privatis negotiis obruti Reip. de-  
fendenda operam quam debet navare minus valeant d. l. 31. & ibi gl.  
C. de locat. Hoc tamen fallit, si miles in rem suam fidejubeat, si pro  
causa communi omnis sui numeri, für seine Rott vnd Spießgesellen/  
fidem suam obliget, Hering. in d. tr. c. 7. n. 1. l. 4. De militibus nostris  
quæritur an idem dici queat, Dependet decisio ex eo an milites ho-  
diernis moribus gaudeant privilegiis militaribus: id quod affirmo de  
ijs militibus, qui se ad honesta & licita bella obstrixerunt & publica me-  
rent stipendia. Vigil. ad pr. I. de test. in tit. Wes. conf. 17. n. 32. conf. 38. n. 62.  
Dauth. de test. n. 85. Zoannet. de Rom. Imp. n. 81. & seqq. Forst de jurisd.  
Rom. pag. 88. Nam otiosi illi milites, qui in plateis & ubique versan-  
tur,

Sci Vell.  
renunciare pot.  
opinio.

Nota.

2o.  
notario au-  
tem creditur.  
Aff.

2  
miles.

3o.  
etm nri.

269  
tur, tantum a best, ut gaudeant privilegiis militum ut etiam puniendi  
sint, vid. Des Reichs Abschiede zu Augspurg / Anno 1555. &c. Und  
damit / Bocer, in tr. de tortur. c. 4. n. 67. Et in tr. de bell. & duell. 1. c. 78.  
(d) c. 1. ext. de fidejuss. c. te quidem 11. q. 1. Nov. 123. c. 6. in tantum ut si fi-  
dejusserit pro laico arbitrariae judicis pænæ se obnoxium reddat, Me-  
noch. de arbit. jud. q. lib. 2. sent. 50. cas. 432. n. 1. Neque judex illum appro-  
bans impunè illud ferat, Nov. 125. Clerico tamen fideiubendi potestas  
non denegatur, si pro utilitate suæ Ecclesiæ fidem interponat, Et ma-  
jor pars capituli licentiam fideiubendi concedat, gl. in d. c. 11. & c. ex re-  
scripto ext. de jurejur. Nov. 123. c. 6. Cardinales quoque Archiepisco-  
pos, Episcopos & præpositos fideiubere posse docet, Hering, in d. c.  
7. n. 267. ne tamen si audire vellet creditor suaderem, ut consensum  
capituli in hac obligatione adhiberet, id quod considerarunt Domini  
Camerales in causa Magdeburg contra Sachen / die Warby die Her-  
schafft Eglen betreffende / (e) Ut servi. l. 2. l. 19. & sq. ff. de fidejuss. qui ne  
naturaliter quidem obligantur. In scio domino extra causam pecu-  
liarem pro alio intervenerin. l. 3. l. 11. ff. de pecul. Cuiac. 8 obs. Hoc tamen  
mendosè porrexeris ad colonos & proprios homines, quos passim  
Germania nostra videt, seibeigene Leute / (f) Obnoxii autem sunt debi-  
tores omnes etiam alioqui sat divites. Schrader. de feud. p. 10. sect. ult.  
Surd. conf. 36. n. 14. lib. 1. Et decis. 295. n. 3. Alex. in l. 1. Qui satisdar. cog. 6.  
& c. Hippol. ad Rubr. ff. h. t. n. 178. Rom. conf. 67. Alciat. in l. 61. ff. de V. S.  
Heig. p. 1. q. 36. n. 23. Quibus cum Creditores contrahere nolunt, nisi  
datis fideiussoribus l. 1. §. 1. ff. ut legat. nomine. Dn. Arnold. de Reiger.  
in process. jud. disput. 4. th. 49. tit. a. maximè si sint de fuga suspecti, l. si  
fidejussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. Roland. à Vall. conf. 65 lib. 3. myns. cent.  
2. obs. 65. Cothm. conf. 18. n. 345. (g) Utrum autem fidejussor idoneus sit  
nec ne ab arbitrio iudicis dependet, gl. in d. c. 7. de coniug. Menoch. de  
arbitr. z. c. 142. petr. de iur. sist. c. 31. n. 3. Quomodo etiam iudicatum  
in causa Bürgermeister vnd Rath der Stadt alten Stetin contra Bür-  
germeister vnd Rath der Stadt Franckfort an der Oder / Teste Rutg.  
Ruland, d. lib. 6 c. 4. n. 10. Illorum tamen sententiam non facilè appro-  
baverim, qui fideiussorem licet forte dives non sit modo probatæ, &  
spectatæ sit fidei sat idoneum asserant. Vid. Prosper. Farium in tit. de  
Carcer. & carcer. 2. pag. (mibi) Atque in bono sententiam superiorum  
Romani imperii consistorium pronunciavit in causa Biermund con-

tra Biermund/ut autor est Hering.in d.22.In dubio tamen fideiussor idoneus non præsimitur, Ut scriptum relinquere. Alex.conf.37.v.2. Mascard. de probat. v.2. concl.782.n.2. Coler. de proc.p.1.c.6.n.147. Bald. in leg.4. C. qn. fisc. vel privat. Natta.conf.143.n.11.tom.1. Pacian de probat.1.c.54. Quamvis si controversia de eo moveatur idoneus ne sit, fideiussor nec ne possit arbiter ad fideiussores probandos eorumque vices, (quos hodiè commissarios dicimus,) excutiendas à iudice constitui, qui se fortè arbitrium minus æquum tulerit appellationi relinquatur locus, l. arbitrio & seqq. ff. qui satisd. cog. & ibi Bart. Guid. Pap. conf.75. Myns.cent.4. obs.68. Pac.cent.1.q.69. Dn. Arnold de Reiger. d. disput.4. th.6 (h)l.3. ff. de r. l.2. §.2. l.4. ff. qui satisd. cog. purpurat.conf.178. Rul. de commiss. lib.6.c.4.n.10. Quid si ex post facto fideiussor minus idoneus fiat nunquid debitor alium dare tenetur distinctione negotium expediunt, Bart. & Dd. in l.3. ff. b. t. De eo minus dubito non posse creditorem cogi, ut liberet fideiussorem & accipiat alium etiam æquè idoneum. Pinell. in l.2. C. de rescind. Vendit. Dn. Frieder. Bruckm. in §. soluta potestas, membr.2.c.4. ff.6.n.60. Matth. de Afflict. in constit. Regni Sicilia: Rubr.15.n.3. Vinc. Curoc. decis.4.n.5. Vincent. de Fran. decis.202.n.1. multò minus audiendus est debitor, si fideiussore dare obligatus pignora invito creditori obtrudere velit, gl. in Auth. offeratur C. de tit. contest. Hippol. de Mars. ad Rubr. ff. b. t. n.297.

### III.

Quod ad materiam fideiussionis attinet tenendum est fideiussores accedere posse, etiam ignorante principali, etiam invito (a) omni omninò obligationi (b) sive naturali tantum (c) sive civili (d) sive civili justæ (e) sive ex contractu (f) sive ex delicto (g) undè apparet non magis fieri posse, ut fideiussoria obligatio sive principali subsistat, quam ut sit adiunctum sine subjecto, vel accessorium sine principali.

(a) l.30. ff. b. f. Hoc tamen interest, quod priori casu datur negotiorum gestorum actio, posteriori verò ab omni actione excluditur fideiussor l. fin. C. de negot. gest. (b) l.1. l.8 §.1. ff. b. r. l.3. l.4. l.8. l.6. l.18. §. ult. ff. eo §.1.7. b. sive re, sive verbis, sive literis, sive consensu sit contractus  
d. text.

270.  
d text. Dn. Borch. Wes. Vult. ad pr. l. b. f. Don. 15. com. 48. Nec refert talis  
talis obligatio dividua sit an individua, prima vel principalis, an secun-  
daria vel accessoria ut evenit in fideiussore fideiussoris, l. 27. §. 1. & ult.  
ff. h. t. Quis autem sit fideiussor fideiussoris & quomodo differat à fide-  
iussore indemnitatis, vulgò Schadlos Bürgen velt Rückbürgen / Ele-  
ganter explicat & persequitur, Herig. in d. tr. c. 1. n. 60. Heig. ad pr. l. b. t. n.  
7. Sed & illud observatione non indignum, non contractæ tantum ob-  
ligationi sed etiam contrahendæ adhiberi posse fideiussorem, ut ille ex  
promissione sua teneatur, qu. principalis conventio initium habere cæ-  
perit, §. 3. Jb. t. l. 57. ff. eo. At quomodo inquis fieri potest, ut fideiussor  
ria obligatio subsistat, necdum existente principali. memineris ergo  
vires accipere fideiussionem, non ex tempore stipulationis interposi-  
tæ sed obligationis principalis l. 57. ff. h. t. ac interim eius ius in penden-  
te esse l. 16. §. 1. ff. h. t. Ut clarius dicam præcedit magis, quoad conce-  
ptionem verborum, quam quoad effectum, Cothm conf. 22. n. 13. & seq.  
Wes. Mynf. & interpp. ad §. 3. ff. h. t. Conn. 6. comm. 10. Potest etiam fidei-  
iussor pro eo intercedere, quod non jure actionis sed officio iudicis de-  
betur, ut concludunt, Dd. in l. 38. §. 4. ff. de solut. Scrad. de feud. p. 10.  
sect. 6. n. 100. Pro dote tamen conservanda ( nisi maritus ad inopiam  
venit, quod tamen probare tenetur uxor, & ita Camera Imperialis ob-  
servet ) fideiussores ab uxore socerove nec exigì possunt, nec etiam à  
marito sponte præstari, Wes. Mynf. Heig. ad §. 1. J. b. t. Scip. Gentil. in tr.  
de donat. inter vir. & uxor. lib. 1. c. 11. & lib. 4. c. 22. Thoming. decis. 58. Franc.  
c. d. tr. c. 3. n. 323. doctè & latè Hering. d. c. 6. n. 1. 155. Cujac. ad Affrican. tr.  
4. in expl. l. vir uxori ff. ad SC. Vell. Diss. Duar. ad tit. sol. matr. c. 4 alique  
complures relati ab Hering. d. l. quibus est ad Treut. p. 2. disp. 28. th. 2. lit. a.  
Secus tamen esse in pignore non ibo inficias. Hisce porrò consequens  
quis arbitrari posset omnem illum, qui fideiussorem præstat eo ipso de-  
bitum fateri, sed non ita est per ea, quæ scripta relinquit, Hering. d. l. (c)  
§. 1. l. b. t. l. 16. §. 3. ff. eo. quomodo & pignus constitutum huic obligatio-  
ni rectè accedunt, Cujac. ad Affrican. tr. 7. pag. (mibi) 369. Cave tamen  
hinc intuleris, ita futurum, ut fideiussor in duriorè causam obligetur,  
quam principalis contra, l. 8. §. 7. ff. h. t. §. 5. Jb. Neque enim in duriorè  
causam atque ita extensivè & in plus obligatur, hoc casu fideiussor, sed  
tantum intensivè majori & efficaciori vinculo obstringitur, id quod le-  
ges naturè permittunt, vid. Heig. & interpp. ad §. 1. J. b. f. Wes. in parat.

libro de l. 45. ff. l. 1. n. 5. Huc pertinet nobile illud & difficile responsum, quod Marcellus scriptum prodidit & Vlpianus libro 11 ad edictum refert in l. 25 ff. de fidejuss. in quo responso enucleando, variè à nostris est laboratum inspicere Ant. Fab. 8. conc. 5. Donell. Cuiac. in l. 6. ff. de V. O. Cuiac. in l. 19. ff. de usuc. Egvin. Bar. ad l. 32. ff. de pact. Cont. 2. lect. 3. P. Faber. ad l. 5. ff. de R. I. Marquard. Freher. 2. parerg. 23. Lyckham. 6. membr. 8. in tanta Interpp. varietate, cui adhærere possim sat ambigo interim tacere nequeo. Treutl. p. 2. disp. 28. th. 3. lit. b. explicationem valdè esse improbabilem, & si verum amamus ipsis juris principiis contrariam vid. pr. I. de aut. tut. (d) § 1. & ibi Dn. Borch Heig. Myns. Vult. Wes. Ib. f. l. 16. & ibi gl. & Dd. eo, ff. Franc. in d. tr. c. 3. n. 10. (e) qua de re facile liquet Schneid. ad d. §. 1. Ib. t. Goedd. de stipul. c. 6. n. 353. Hippolit. d. l. n. 155. vel quasi contractum l. 3. §. ult. ff. de negot. gest. tot. tit. ff. de fidejuss. tut. (f) sive civiliter agatur sive criminaliter, l. 8. §. f. in ff. b. f. Hinc pro furti actione induplum vel quadruplum intentata, item in actione Aquiliana & similibus fideiussor admittitur l. si quis §. ult. ff. b. t. Ea enim res non impedit, sed magis promovet pænæ executionem. Hinc quæsitum fuit an etiam in publicis criminibus cæterisque persecutionib. criminalibus fideiussor admitti & possit & debeat. Ita sentiunt, in causis criminalibus in quibus agitur ad infligendam corporis pœnam afflictivam, Die aut Haut vnd Haar gehet / fideiussores intervenire nequeunt, vid. interpp. in l. 71. §. fin. ff. b. t. Bartol. in l. 4. ff. de custre. Bald. in l. 1. C. ne fidejuss. dot. dent. Damhud. in tr. crim. c. 20. Clar. in pract. crim. q. 46. Covar. 2. resolut. 8. n. 8. Fichard. conf. 66. p. 1. Franc. de fidejuss. c. 3. n. 201. Rutg. Ruland. de commiss. d. loc. Prosper. Farin. in tr. cum tut. de carcer. & incarcer. q. 33. reg. 1. n. 1. & seqq. Ab hac opinione in iudicando forte non est recedendum. Ast si mihi à tantorum virorum sententia recedere liceret, cum Goedd. de contr. stip. c. 6. concl. 23. n. 416. Menoch. de arbit. jud. q. c. 303. n. 17. Num in criminalibus admitti debeant fideiussores providi iudicis discretioni committerem illud. porrò non à abs re erit monuisse, quod ferè semper, quoties in criminalibus fideiussores admittuntur summa certa pecuniæ, pœnæ loco ipsis nominatur, Welche sie zu erlegen sich verpflichten müssen / da sie die beklagten nicht stellen / Quod si verò dolo fideiussorum factum fuerit, quo minus reum sisterent, Als wann sie ihm hetten darvon geholfen / arbitrariæ iudicis pœnæ subiacent, Schneid. ad pr. n. 9. l. b. t. Et ibi Gotf. in notis lit. a. Sed de toto hoc negotio qui accuratorem



271  
torem cognitionem desiderat legere potest Dd ante citatos, quibus ad-  
do Coler. de prac. execut. p. z. c. 3. 7. Boss in tr. crim. in tit. de incarcer. fide-  
juss. committ. n. r. (h) l. 16. in pr. ff. h. f. l. 29. l. 56. in pr. ff. l. 4. ff. de pos. l. 139. ff.  
de R. I. Cum enim hoc unum agatur in hoc contractu, ut alia obligatio  
cautior sit periculo fideiussoris apparet nulla præcedente obligatione  
deficere materiam principalem & finem fideiussionis eleg. Wel. ad §.  
z. I. b. t. Hinc concludo obligationi bonis moribus contrariæ, aut de  
facto impossibili accedere non posse l. 47. ff. h. t. Wel. in par. ff. c. 5. n. 4.  
Franc. d. c. 3. n. 334. Cuius enim rei nullum est principium, nullum et-  
iam potest esse consequens, Inde non malè inferunt, Matth. de Affl.  
decis. 149. Cuno. de part. lib. 1. c. 22. Contractui facto ab iniuste incarce-  
rato cum valida obligatio non sit fideiussorem accedere non posse.  
Hic quæsitum memini, an obligationi præscriptæ fideiussor possit ac-  
cedere: Negant. Petr. Gilken. in tr. de præscript. §. lib. 1. c. 4. n. 10. Vasq. r. l.  
contr. 93. Hering. de fidejuss. c. 19. n. 5. Equidem in hac quæstione distin-  
guendum esse didici, inter actiones temporales & perpetuas. Si actio  
temporalis post elapsum tempus ipso iure expiraverit, fit ut nec fide-  
jussor ei accedere possit, arg. l. 16. §. l. 37. ff. h. f. l. fin. in §. ff. rem rat. haber.  
l. 45. in fin. De adv. & peric. tut. l. 6. de O. & A. conf. Donell. 16. com. 8. §.  
Quod reliquum est. Si verò obligationi perpetuæ, cui præscriptum est,  
fideiussor accesserit, hoc animadvertendum est, utrum per errorem an  
verò ex certa scientia id factum sit: Priori casu ipsum teneri non faci-  
lè dixerim, arg. l. 7. l. 16. §. 4. l. 37. ff. h. t. l. fin. §. fin. & ibi gl. ff. rem rat. hab.  
l. 26. §. 3. l. 54. ff. de cond. indebit. gl. in l. 60. vers. fideiussorem ff. h. t. Wel. in  
par. ff. h. t. Franc. d. c. 3. n. 19. Posteriore verò affirmaverim arg. d. l. 27. §.  
z. ff. pact. Castr. in l. 37. ff. h. t. Myns. ad §. 1. I. h. t. confer. Donell. d. loco.

#### IV.

Obligatur autem fideiussor & eiusque hæredes. (a)  
Haud secus ac principalis ad idem illud quod tempore fi-  
deiussionis in obligatione erat (b) in duriores tamen cau-  
sam & in plus (c) Quam principalis accipi non possunt (d)  
At bene in leviores & partem minorem (e) Quomodo &  
efficaciori vinculo se obligari possunt, quam ipse princi-  
palis. (f) Illud certum est & purè (g) & sub conditione (h)  
Et ad

Et ad tempus certum (i) & ex certo tempore fideiussorem dari posse. (k.)

(a) l. 4 ff. h. t. l. 24 ff. eo. §. 2. l. eo. l. 13. C. de contr. stip. l. 8 ff. mand. Et si ~~hæredem~~ nulla fuerit facta mentio, Hartm. 2. præct. obs. tit. 26. Coler. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 172: Quod & jus nostrum Saxon: approbat Lanrecht/art: 6. Nec displicuit Divo Augusto in suis. constit. Nov. p. 2. c. 20. Et hoc in contractibus tralatitium est, Idem & in delictis admitto, si ante rei obitum iudicium fuerit acceptum, vel pro maleficio certa poena fuerit promissa gl: in §. 2. Myns: Heig: ibid: Ib: t: Roland à Vall: cons: 58: Hippol: ad Rubr: ff: h: n: 160: Wes: cons: 14: n: 9: Hoc tamen hæcenus verum est, si non aliud sit tractatum inter contrahentes. Quid enim si desertè pactus fuerit fideiussor se solum obligari velle, hæredem verò minimè l. 21. §. 3. Cum seq. ff. de pact. quo pertinent ea que scribit Hart. Pist. p. 2. q. 76. n. 3. Quid si instrumento cautum sit, ut si fortè fideiussor ab hominibus fuerit ereptus in locum ejus vel ipse debitor vel fideiussores alium substituunt, Wes. d. cons. 14. n. 85. & seqq. Coler. de process. p. 1. c. 10. n. 280. Nov. const. Elect. August. p. 2. c. 20. ubi Moller. Diff. Wurmbs. l. obs. præct. tit. 29. obs. 2. Quid si consuetudo vetet fideiussorum hæredem obligari, qualis consuetudo viget in ducatu Lunæburgensi, ut respondit Modest. Pist. cons. 1. n. 3. Item in regno Bohemix hæc procul dubio casibus ab obligatione fideiussoria sunt immunes vid. Heig. & interpp. ad §. 2. l. h. t. (b) l. 4. ff. h. t. Dico ad idem absurdum namque foret, si aliud esset in obligatione secundaria vel accessoria, aliud in principali §. 5. l. h. t. Et deficeret finis fideiussionis securitas scilicet. Qui enim quæso fieri potes ut de illo reddatur securior creditor, quod antea in obligatione non fuit, in quo creditor non est l. 2. & ibi Dd. ff. h. t. Deficiente autem proprio cuius in fine deficit ipsa forma. Hinc Ulp. in l. 8. §. 8. ff. h. t. refert. Marcellum prætulisse, si quis Stichum stipulatus fuerit, & fideiussorem ita acceperit Stichum dari fide tua esse iubet, non obligari fideiussorem, non ob in tantum quia in duriorem acceptus est causam, sed etiam quia in aliam potius acceptus est obligationem. Undè patet defendi non posse quod docuit Paul de Castrenf. in l. si ita ff. de fideiuss. si debitor aliquot modios tritici promisisset fideiussor verò tantum pecuniæ, fideiussorem valere. Nam contrarium esse verius Barthol: & Bald: ille in l.

44 ff.

renfent ad in  
sore.

lim. i.

Caryl. 2. 20.  
dot. 9.

fidijf obligat  
idem.



44. ff. h. t. ille in l. 2. ff. eo. Hartm. Pist. lib. 3. q. 10. n. 3. bene docent. In  
obligationibus tamen facti fideiussores, pro eo quod interest, interce-  
dere potest licet reus factum promiserit. Quid ita? Quia idē promitti cē-  
setur non aliud eleg. Goed. de cō. 2. stip. c. 6. n. 441. Hart. Pist. d. l. vid. l. 57. &  
ibi Dd. ordinariē, ad l. 72. ff. de V. O. Hinc in dubitum verti solet, quatenus  
mora rei principalis noceat fideiussori, Ego ita existimo, mora rei  
principalis nocet quidem fideiussori ad perpetuanda n obligationem,  
Adeò verò ei nocere non potest, ut inde eius obligatio augeatur nisi ex  
antecedentibus & consequentibus constet, eum se in omnem causam  
obligare voluisse, Cuiac. in tr. ad African. in explic. l. centum capræ ff. de  
eo, qui cert. To. And. Khol. exercit. pag. (mibi) 151. no. 10. n. 21. cons. 6. com  
76 Duar. t. 88 ff. de V. O. Diff. non pauci diversimodē in hunc locum si  
quædam congererem de rationē ineundæ æstimationis mercium, pro  
quibus fideiussum est nil fortē facerem à proposito alieni, at vetat insti-  
tela dubitet Duar. ad l. 24 ff. de fideiuss. Quomodo nec exceptio mora-  
torie

beneficium competentis

in solida.



229.  
toriae dilationis, vel quinquennialium, qua muniri debitor solet, ne in-  
tra quinquennium conveniatur vulgo Anstandsbrieffe oder quinquen-  
len/universa & ibi Dd. C. de prec. Imper. offer. fideiussor iuratur, nisi for-  
te in rescripto dilationis disertè fiat mentio fideiussorum, Asin. in tr. de  
execut. in proleg. c. 2. n. 19 Menoch. de arbitr. jud. quest. casu c. 203 n. 25 &  
casu 337. Coler de process. p. 1. n. 17. Rauchbart p. 2 q. 7. n. 36. vide o-  
minò Franc in d. d. c. 5 n. 154. & seq. non ineruditè hæc persequentem.  
Exceptione quoque cessionis bonorum fideiussores haud gauderi S.  
fin. l. de exc. Quamvis ea vix commodè huc referri possit. Neque enim  
idè fideiussori denegatur, quia personalis sit, sed ideo potius, qui alios  
pro debitor obligat hoc maximè agit, ut cum facultatibus suis lapsus  
fuerit debitor possit ab us, quos pro eo obligavit, suum consequi, ut  
scribit Imperator in d. s. fin. l. de replicat. Ubi vide Eguin. Bar. Myns.  
Heig. Coler. de process. p. 1. c. 6. n. 113 Bart. in l. heres ff. h. tit. Hoc loco  
non possum quin attingam quæstionem illam quam in camera per a-  
liquot annos in gravi quadam & ardua causa ventilatam & etiamnum  
vent. lari bene memini; An inhibitiõ à principali impetrata & iudici  
inferiori per Magistratum superiorem facta in causa reum principa-  
lem concernente fideiussoribus adversus creditorem proffit. Equidem  
talem inhibitionem fideiussoribus, contra creditores non prodesse di-  
xerim esse verius per text. & gl. in l. creditor ff. mand. Et hoc disertè do-  
cuit Baldus in l. 1. C. de diversis rescriptis, ubi quærit si reus principalis  
coram iudice Ecclesiastico dixerit instrumentum esse usurarium & im-  
perraverit inhibitionem, ne iudex secularis procedat contra ipsum, an  
eiusmodi inhibitiõ proffit fideiussori, & concludit non obstante hac  
inhibitione creditorum contra fideiussorem procedere posse, idque se-  
quitur Jason ibi lem n. 2 Aretin. conf. 33 Hippol. ad Rubr. ff. hic n. 274. Ma-  
rant. de ordine jud. p. 6 sub tit. de appellat. n. 163. Mandosius de inhibit.  
q. 48. ubi dicit hanc esse communem Dominus Arnoldus de Heigce  
d. disputat. in process. suo judic. disput. 21. thes. 21. Honded. conf. 50. n. 57 v. 1.  
Pecous. in q. fam. q. 77. n. 8. Lancellot. in tr. ac attent. p. 1. c. 3. n. 150. & c. 20.  
n. 186. in 6. limit. Rauchbarth p. 2 q. 7. ubi vide dissentientes, Hinc quasi  
per manus traditum est, quod pendente lite contra reum principalem,  
nihilominus possit conveniri fideiussor per gl. in l. d. creditor ff. mand.  
Baldus in l. fin. n. 2 C. h. t. Castrenf. conf. 87. v. 1. Asin. in praxi jud. §. 3. am-  
pl. 22. n. 12. Hippol. d. l. n. 36. Surd. decis. 301. n. 5 (g) vide Gometz 2. resolu-  
tionem

tionem 19. Franc. d. c. 5. n. 519. Fach. 2. contr 28. l. 6. l. si pro ea C mand l. 1.  
C. de fidejuss. minor. Regulariter enim ante solutionem debitorem  
convenire nequit nec ad liberationem actionem mandati agere, d.  
leg. 10. Cod. mand. l. 38. ff. hic Heigius Mynsing. & interpp. ad §. 6. Jur. h. t.  
Donell. 13. com. 13. & ad l. 10. C. h. t. Quæ tamen regula vel in sexcentis  
casibus suum perdit officium. Rectè enim fideiussor ad liberationem  
agit, si debitor solutionem traxerit, si fideiussor diu (quæ diuturnitas  
meo quali quali iudicio rectius iudicis discretioni committitur Gail.  
2. obs. 29. Menoch. de arbitr. casu 41. n. 3. Schneidvv. Myns, & interpp.  
ad §. 6. l. b. Beust ad l. 38. de iurejur. n. 328. Coler. de process. c. 10 p. 1 n.  
319. Diss. Donell. ad l. 10. C. h. t. & 13. com. 13. Barth. in l. 10. C. d. t. nisi for-  
tè statuto certum tempus sit definitum, ut Papiæ annus Ferrariæ bi-  
ennium vide Menoch. d. l.) steterit. Quæ autem remedia hoc casu  
iudex indulgere teneatur, & quomodo formula petitionis & articu-  
landi modus institui debeat, docent Hering in d. tr. c. 30 Bald. in l. 10. C.  
mand. Caroc. decis. 4. n. 28. Benè quoque notandum est, quod fideiuf-  
sor pro liberatione sua, si partes aliàs cameræ imperiali directò & im-  
mediatè subsint, mandata pœnalia ad liberandam impetrare potest, vi-  
de Barth. in sen. Cam. select. 7 Septembr anno 1529. Sed & ille fideiuf-  
sor ad liberandum agens audiendus est, qui videt principalia sua bona  
per luxum & squalorem prodigaliter consumere, & ita magis magis-  
que facultatibus suis labi d. l. 38. §. 1. ff. mand. Cod. fin. ext. de fideiussione  
leg. 10. C. mand. Donelli 13. com. 13. Gail. 2. obs. 29. Coler. de process. d. l. 310.  
Non tamen possum probare, quod Hippol. ad Rubr. h. n. 219. & Franc.  
d. cap. 5. num. 574. Scriptum relinquere videlicet si debitor post di-  
lapidationem se recipiat ad meliorem frugem fideiussorem ad libe-  
rationem haud agere posse, vide Hering d. cap. 25 num. 64. Agit  
denique fideiussor rectè adversus principalem, si ad solvendum  
fuerit condemnatus d. c. fin. ext. h. modo ei nihil, cur condemna-  
tus, possit imputari Donell. ad leg. 10. Cod. huj. tit. vel certò constite-  
rit fideiussorem de proximo condemnatum iri Baldus in leg. 10. Cod.  
mand. Franc. d. cap. 5. num. 177. Si animo novandi intercesserit Gail.  
d. l. num. 6 & 7. De studioso fideiussore apud omnes in confesso est,  
quod, si ad alias Academias ad capiendum uberiores ingenii cultum  
conmigrare velit, agere possit, ut fideiussione exuatur Gail. Hip-  
polyt. Beust. dict. leg. Schneidevvin. & Dd. ad §. 4. Jur. h. Reli-  
quos

Principalij.  
Fr ante die  
Igueniri st.

1

2

3

4

280  
quos casus, quibus fidejussor ante solutionem recte agit, enumerant  
longo stylo Franc. d. c. 5. n. 554. & multis seq. Beust. ad d. l. 38. n. 333. ff. de  
jurejur. DD. ordinariè in §. 6. J. h. t. (h) si mandante debitore vel sciente  
ut patiente fidem tuam fidejussor interposuerit l. 14. C. h. t. §. 6. J. eo: l. 6.  
§. 10 §. 11 ff. eo: Hac autem actione repetitur id, quod creditori sive ultro  
sive coacte solutum est, cum omni damno atq; interesse c. 2. ext. h. t.  
Schneidvv. & DD. ad §. 6. I. b. Rutg. Ruland. de commiss. p. 3. lib. 7. c. 5. n. 30.  
Marant. conf. 39. n. 13. & disp. 6. n. 12. Zanger. d. p. 3. c. 3. n. ult. Quomodo a.  
interesse fidejussori probandum tractant Hippol. ad Rubr. C. de probat.  
n. 142. Alex. conf. 307. Corn. cons. pen. v. 1. Ast hac actione non potest expe-  
riri is qui animo donandi fidejusserit l. 6 §. passus l. quod dictum ff. de pact.  
qui exceptiones reo competentes (nam secus est in exceptionibus ex  
sua persona fidejussoribus competentibus l. 10 §. general. ff. mand. vide  
Donell. ad l. 10. c. h. n. 64. & seq.) opponere sciens prætermiserit d. l. 10 §.  
12. ff. mand. l. 29. ff. eod. Beust. d. l. n. 333. Donell. 13. com. 13. (i) si pro debitore  
ignorante & absente quis fidem obstrinxerit l. fin. C. de negot. gest. Cujac.  
ad African. tr. 8. pag. [mibi] 556. dixi pro ignorante. Namq; si quis pro  
invito fidejubeat, is, qua actione repetere possit solutum, non habet d.  
l. fin. & ibi DD. C. de negot. gest. Goed. de stipul. c. 5. concl. 23. n. 53. Caroc. de  
excuss. bonor. q. 22. n. 7. Alin. in execut. §. 7. c. 16. n. 2. Diss. Castrenf. & alij,  
qui ex cerebrina æquitate actionem utilem contra, nisi fallor, tot textus  
juris nostri concedunt. (k) l. 2. l. n. l. 14. C. h. & ibi Donell. laq; in tantum  
verum est, ut actio personalis mandati contraria cum hypothecaria ex  
recepta totius Germaniæ nostræ consuetudine possit cumulari Mynf.  
1. Obs. 58. Ecquid verò fidejussor rem sibi hypothecatam, actione quasi  
serviana persecutus, si nihil consequi possit ab actione reali desistere, &  
non obstante litis pendentia ad personalem redire potest? Ad Coler.  
de process. p. 1. c. 8. n. 31. & seq.

## VIII.

Quemadmodum in alijs contractibus evenit, ut certis  
modis constituantur, certis etiã dissolvantur; ita quoq; fi-  
dejussio constituta certis suis modis expirat. Primò igitur  
extinguitur fidejussio solutione principalis debiti (a) ju-  
E rejur

jur (b) novatione (c) de legatione (d) acceptilatione (e) compensatione (f) transactione (g) praesentatione rei principalis (h) prorogatione (i) confusione (k) sententia definitiva (l) finitione instantiae (m) alteratione contractus (n) mutatione iudicis (o) interitu rei debita (p) & id genus alijs modis.

a) § 1. *J. quibus mod. toll. obl. l. 80. l. sol. ff. de solut. l. 37. ff. b.* Est autem solutio totius (particulatim n. creditori iuvito regulariter solvi non potest, ut verior habet doctorum sententia *l. 3 ff. fami. Erise. l. 41. §. de usur.* Dn. Ericus Hodeman *disp. 21. tb. 42. I leig. Schneidvv. & Dd ad §. 1 d. t.*) debiti, naturalis satisfactio creditori per debitorem justo loco & tempore facta vid. interp. *ad princ. I d. t.* Neq; v. mirum per solutionem debiti tolli fidejussoriam obligationem. Sive n. proponas ipsum principalem, sive fidejussorem solvisse, apparet aliter fieri non posse, quam ut obligatio fidejussoria seu accessio tollatur, sublato namq; principali tollitur accessorium; tolluntur igitur fidejussiones, tolluntur pignora, *d. §. 1. I. d. t. l. cum principalis ff. de R. I.* Et quia quæso interest ad liberationem, fidejussionis, principalis ne solvat an fidejussor *l. 50. ff. mand. l. 5. C. de solut. Surd. decis. 118. Paris conf. 107. n. 135. v. 3. conf. & andrecht lib. 3. art. 84. v. Gelobenoeh viel.* Sanè per dationem in solutum tolli fidejussionem multis placuit, vide tamen Hering *in d. tr. e. 20 §. 21. n. 19.* Quæ res occasionem dedit quæstioni, si res in solutum data à fisco vel alio quopiam evincantur, utrum datio illa in solutum debitorem, & quod est consequens fidejussorem liberet, id quod nego, arg. *l. 21. ff. d. jur. fisc. l. 26. ff. de solut. l. 24. ff. de pign. act. l. autore l. except. C. de evid. Hippol. b. t. n. 372.* Aliud dixerim de fidejussione qui non renunciavit beneficio excussionis, & desidem ac negligentem creditorem in exactione debiti præmonuit ut debitorem urgeret, is vero destulerit petere tum enim nisi principalis, desinat esse solvendo fidejussor literatus Coler. *de proc. p. 1. c. 10. n. 344* Gomez. *in d. c. 13. n. 9.* Quia verò solutio in facto consistit, quod non præsumitur fit, ut solutionem alleganti ejus probatio injungatur *l. 1. C. de probat. l. ult. c. de solud. vide & andrecht lib. 3. art. 58. v. wer Bürgeu sent.* Quomodo aut probanda demonstrant Muscard. *de probat. concl. 78. n. 1.* Menoch. *de presunt. 3. presunt. 135* Coler *de process. p. 1. c. 2. n. 50 & seq.* Heig *p. 1. q. 38 n. 53.* (b) Hoc n. pro veritate habetur & vim solutionis obtinet *l. 27 ff. de injur. ac acceptilationi & novationi est finiet. 26. §. ult. d.*

281.

*ult. d. t. l. 40 ff. eo. Item rei iudicatæ l. qui iurasse §. ult. ff. eo.* Ut fatendum omnino sit tolli eo quoq; obligationem fideiussoriam. Quod ergo reus iuravit fideiussori prodest. Et à fideiussore exactum iusiurandum prodest reo principali ut Cassius & Julianus aiunt *l. 28. §. 1. ff. d. t. de iure iur. l. ult. §. si fideiussor ff. eod.* Carot. *in tr. de jurament l. decis. 2 & 3. q. 14. per tot. Franc. d. tr. c. 3. n. 47. (c) l. novatione C. de fideiuss.* Barbat. *cons. 31.* & ita observatum in iupremo imperii consistorio in causa Hans Georgen von der Schulenburg & Bastian. contra Schlegel Seiblein Jude. teste Muland de commiss. l. 5. Est a. novatio in specie sic dicta debiti seu obligationis prioris in novam stipulationem transfusio seu translatio, quæ hodie post novam iustiniani constitutionem non aliter inducitur, quàm si contrahentes specialiter remiserint obligationem priorem & hoc expresserint, quod secunda magis pro anterioribus, ut cum Justiniano loquar elegerint *l. ult. C. de novat.* Errant ergo egtegiè quotquot sentiunt expræsumtionibus & coniecturis induci novationem, ita tradunt Matth. *de afflict. decis. 44 n. 15.* ubi testatur ita in consilio neapolitano esse iudicatum. Vincent. de Franc. *decis. 15 n. 2.* Atq; ita observasse cameram Imperialem testis esse Gail. *2 obs. 300 n. 3.* Rot. Rom. *decis. 562.* Steph. Schrat. *decis. prov. Marchie 117. n. 11 & seq.* Cacheran. *decis. 144 n. 11.* Et hanc sententiam quoq; probabit ampliss. subaudiæ Senatus, ut autor est, Ant: Fab. *in Cod. Fab. lib. 8. tit. 28. def. 11. Fach. 3. cont. 92.* Zanger. *de except. p. 3. c. 3. n. 14.* loh. Bapt. *de cost. de facti scientia & ignorantia consil. 1. distinct. 96. n. 12.* Diss. *aliter gl. in d. l. fin. C. de Nov.* Bart. *in l. 2 ff. eo. (d)* ut quando creditor debitorum suum volentem, id quod sibi debet, promittere iubet alteri *l. 1. nec creditori C. de novat. l. de legare ff. eo.* Quisquis enim delegat solvere tenetur *l. 8 §. 3. ff. ad S. C. Vell. (e) l. 13 §. si fideiussor l. 16 §. 1 ff. de accep.* Zanger. *in d. tr. p. 3 c. 7.* Est autem acceptum ferre nihil aliud, quàm consistere se accepisse quod non acceperit *l. 89. ff. de solut.* Et acceptilatio est quasi solutio (Germanicè einc Schen- zabluna) per mutuam interrogationem, qua utriusq; contingit ab eodem nexu obligatio *l. 1. ff. de acceptil. §. ite si quibus modis tollitur* obligatio (f) nihil enim teste Pomponio inter est solverit debitor an pensarit *l. si debitor ff. qui potio in pignore habeatur l. verum l. seq. ff. de cõpensat.* Hac autem exceptione cõpensationis fideiuss. uti potest, etiamsi reus renuat *l. ex persona ff. de fideiuss.* etsi in bannum esset declaratus Nellus *in tr. Debanitis p. 1 sect. rep. q. 67 pag. [mibi] 67.* At dixeris fortè hæc in foro Sax. usum habent  
E 2 nullum

nullum: constat enim ex lib. x. art. 12. Landrecht, compensationem re-  
spuere jus Saxonicum. Ego verò id ex articulo dicto probari posse ne-  
go, ut taceam D. Augustum Elect. constitut. 81. p. 1. contrarium disertè  
constituisse, quomodo & observatur, docente Mollero *ad d. constit. in  
comm. (g) l. 68 §. ult. ff. de fidejuss. l. 5 post. §. 1 ff. de transact.* Et hæc excep-  
tio transactionis similis est exceptioni rei judicatae *l. 20 l. 6 C. d. t.* Et quæ-  
admodum illa litis ingressum impedit, ita & hæc facit, ut à judicij limine  
repellatur actor, unde exceptionem litis finitæ eam Doctores appellare  
consueverunt, *Asin in praxi jud. Civ. §. 13 c. 9 n. 1.* Nisi requirat altiore  
indaginem *Modest. Pist. cons. 25 n. 15. Zanger. in d. tr. p. 3 c. 18 n. 4 (h)*  
Wesenb. *in part. ff. h. n. 6. Hippolit. ad Rubr. h. n. 99.* Unde quæsitum fuit  
utrum fidejussor qui de reo sistendo & præsentando fidem suam inter-  
posuit una præsentatione liberetur. Equidem in hac quæstione quàm  
doctores magis implicarunt quàm explicarunt, ita progredior, Fide-  
jussor quando simpliciter promittit quod certa die vel ad requisitio-  
nem judicis Reum sistere velit, si se mel reum exhibuerit, obstrictus  
ulterius non est *Nell. in tr. de Bannitis dicto loco n. 43. Franc. d. c. 6 n. 116  
& seq. Dd in l. 2 §. sed ei ff. de jurejur. Prosper Farinac. in prax. crim. lib. 1  
934.* Unde si fortè reus vel judicis vel commentariensis culpâ aufuge-  
rit, nihil habet quod metuat *Hippol. & Franc. d. l. Matth. de afflict. decis.  
130.* Ubi testatur ita semel atque iterum in consilio Regio esse judica-  
tum *Prosp. Farinac. de carc. & carcer. q. 95. Fach. 9. controv. 95.* Id quod  
tum maximè verum est, si injustè reus fuerit carceratus de eo quæ noto-  
riè constat, *Honded. cons. 94. v. 2. n. 94.* sed & tum fidejussor qui reum  
certa die sistere promisit, liberatur, si reus ante terminum elapsum  
propter aliud delictum in bannum (nihil tamen tale quid procurante  
fidejussore *l. sed. & h. §. qui in ff. de publician. Bald. in l. si verò ff. qui sat.  
cog.)* declaretur *Honded. cons. 111 n. 38. Clar. 5 sent. §. fin q. 46. n. 22. Barf.  
in tit. de carcer. fid. juss. relax. n. 41 & seq. Menoch. cons. 246 n. 8. lib. 3.* Aliud  
responderim de eo interrogatus, qui spondit reum sistere ad omnem  
omnino requisitionem, atque adeò toties quoties fuerit requisitus. Hic  
enim ut quidam arbitrantur ne bina quidem repræsentatione liberatur  
*Roland a Valle cons. 21 n. 1. lib. 2 Alex. cons. 144 v. 2. Hippol. d. l. num. 99.  
Schrader. in tr. feud. c. 9 p. 2 sect. 1 n. 14* Ubi magis communem esse dicit  
dissentit *Franc. d. c. 6 n. 124. Decian. cons. 87 n. 2 lib. 2. Rom. cons. 15 num. 5.*  
Matth.

Matth. de afflict. decis. 46. n. 4. Quamv. pœnam incurrat fidejussor si reus è carcere liberatus aufugiat, ita ut ejus presentandi copia nulla sit, tractant Matth. de Afflict. decis. 234. Wes. in part. ff. de exhib. reorum n. 6. Coler. de process. p. 2 c. 3 n. 48. Rutge Ruland de commiss. p. 4 lib. 6 c. 4 n. 48. Vincent. de Franc. decis. 57 Menoch. de arbitr. c. 304. Coler. decis. Germ. decis. 29. Et quomodo contra fidejussorem de presentando procedatur discere potes ex Rutge Ruland. de commiss. lib. 7. p. 3 c. 5 n. 8. Bart. in l. si quis ff. de custodia reorum Boss. tit. de carcer. fidejuss. n. 60. Farin. in tr. crim. q. 34 n. 30. (1) Hac in re distinguere solent Doctores in hunc modum fidejussor se aut ad certum tempus obligavit, aut simpliciter fidem suam interposuit, & nullo adjecto tempore (quomodo videmus cautos creditores sepius solere adjicere clausulam peculiarem, qua faciunt fidejussorem promittere, daß er der Bürgschaft nicht ehe wolle losseyn / es seyn dann Brieffe und Siegel durch erbare Zahlung gelöst.) Priori casu inquit si creditor debitori suo terminum prorogaverit, fidejussore in scio fidejussorem liberari, argumento l. 13 § 11 ff. Locati l. 7 C. eo l. 1 ff. de periculo rei vend. posteriori v. non æque d. l. 13 §. 11 ff. Loc. atq; hanc distinctionem suo calculo probarunt Ferrar. in for. in libell. contra plures reos dependi specul. tit. de Fidejuss. §. 1 n. 19. Rutge. Ruland. de commiss. p. 4 lib. 6 c. ult. Myns. cent. 6. obs. 53. Guil. 1. obs. 91 & 2. obs. 30. Hart. Hartm. in obs. tit. 19. obs. 1. Alex. Raud. de analog. 1. c. 11 n. 7. Vincent. Carrot. in tr. de locat. p. 3 tit. de fidejuss. num. 1. Muschar. de probat. conclus. 1511. num. 12. Pacian. de probat. 1. cap. 32 n. 13 & 14. Schurff. cons. 3 v. 2. Warmb. pract. obs. tit. 29. obs. 1. Fach. 2. controu. 87. Ego verò quod ad prius membrum attinet paulò aliter puto. Nam primo casu liberationem quidem competer aio, sed tantum quoad tempus prorogatum, non autem quoad præteritum & initio obligationi adiectum per ea quæ elegantissimè scripsit Coler. de process. p. 1. c. 10. n. 198. adde Goed. de stipul. c. 2. concl. 10. Wes. in par. ff. de novat. num. 6. Thesaurius decis. 25. ubi hanc sententiam & equiorem esse dicit & communioem Rauchb. Barth. p. 2 q. 21. Conf. Nov. constit. D. Elect. August. p. 2. c. 19. Et ibi Moller. Utrum vero electione unius fideiussoris alter liberetur. Wann ein Bürge für den andern außgezogen wird, Quæstio non inutilis est, sed ut arbitror ab Imperatore in l. ult. c. de fidejuss. satè dilucidè explicata l. 23 C. eo: ubi Donell. Dn. Frider. Bruckm.

E 3

cons.

*conf.* ubi hanc quæstionem tum accuratè pertra ctavit, ut difficilima  
quæq; facilima ex eo evadant Hartm. Pist. p. 1 q. 48 n. 12. Koppin q. 56  
n. 27. Rauchbarth. parte 2. q. 6. (k) confusione n. [ quæ non tantum est  
debiti & crediti, in eandem personam concursus quod plerumq; con-  
tingit aditione hæreditatis Vult. i. I. R. n. 57. Zang. in d. tr. p. 3 c. 7 n. 2. Sed  
etiam concursus principalis & fideiussoriæ obligationis in eandem  
personam Cuiat. in tr. ad African. tr. 7. pag. [mibi] 365. ] Haud secus ac  
solutione tollitur obligat. l. 21 §. 1 ff. de liberat. legat l. 5 C. de Her. ac l.  
Gratian. ff. h. Guido Papæ decis. 209. Cuiac. ad African. tr. 7 §. 9. Sive  
ergò fideiussor debitori ( nisi lis iam sit contestata contra fideiussorem.  
Carot. de exc. bon p. 2. q. 52) sive debitor fideiussori succedat, confunditur  
obligatio fideiussoria & principalis tantum obligatio remanet, quo-  
modo rectè Sabiniani contra Proculianos disputarunt l. si duo §. fin.  
ff. de Solut. l. 5 l. 2 §. ult. ff. h. Cuiat. ii obs. 34. Ita enim est comparatum  
ut quoties duæ concurrunt qualitates, quæ in uno eodemque subiecto  
esse nequeunt, firmior qualitas & potentia attendatur & infirmiori  
prævaleat. Jam verò generale est, principalem obligationem esse  
maiores eâ quæ sequelæ & accessoriæ vicem sustinet d. l. si duo l. si  
debitores ff. h. t. Non igitur mirum hanc ab illa absumi l. si reus ff.  
de duobus reis. Et hoc in tantum verum est [ secus tamen est fideiuf-  
sor pignora in suam obligationem dedisset: Illa enim non liberan-  
tur l. cum quis §. fin ff. de solut. l. debitor. ff. ad S. C. Trebell. Anton.  
Fab. 8. conj. 8 in fine Zang. in d. tr. p. 3 c. 7 num. 7. Hering. c. 20 §. 16 num.  
4 & seq. ] ut etiam una cum obligatione fideiussoria omnes ei cohæ-  
rentes obligationes tollantur l. cum reus ff. de fidejuss. quem text. Ant.  
Fab. 1. conj. 5, corrigit satis levi, infallor, ratione motus, ut taceam  
illam correctionem [ ad quam non nisi magna ex causa devinien-  
dum erat [ & menti Jurisconsulti & verbis repugnare. Cæterum  
majorem obligationem, quam minorem tollere dixi, non ex eo so-  
lum melior, quod principalis sit, sed etiam ex eo, quod efficacior em  
actionem pariat. Hinc si principalis naturaliter tantum esse obli-  
gatus, nulla fieret obligationum confusio, sed tam principalis quàm  
accessoria salva remaneret l. heres. §. Quod si ff. h. Cuiat. tr. 7. ad Afri-  
can. in explic. d. l. her. Illam quæstionem hoc loco subijcio an tum  
quando hæres sub beneficio inventarij adiit, obligatio principalis ac-  
cessoriam



cessoriam tollat, & talis confectio in vectarij fidejussori proffit? Equi-  
us melius est, ut hoc negemus vide Specul. in tr. de fidejuss. num. 23.  
Roland. à Valle in tr. de Invent. p. 3 §. qnaritur: Ubi dicit hanc esse com-  
munem nec ab ea recedendum. (1) Wes. in par. h. t. num. 6. Tiraquell.  
in repetit. l. boves §. h. ff. de V. S. Hippol. ad Rubric. ff. b. num. 212 Honded.  
conf. 111. num. 36 Barth. in l. 1. ff. jud. solv. Menoch. conf. 212. lib. 3. num. 13.  
(m) ad quam datus est fidejussor l. 8. & ibi Dd. ff. b. Hippol. d. l. num.  
108. Goed. d. st. pub. cap. 12. concl. 11. num. 87. Asin. in prax. jud. §. 2. cap. 2.  
Hinc bene concludunt Boer. decis. 315. Alciat. respons. 5. num. 10. Me-  
noch. conf. 102. num. 10. lib. 2. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 46. Decian. conf.  
19. num. 72. & seq. v. 3. Vincent. in Franc. decis. 208. Fidejussorem simpli-  
citer datum atq; acceptum in prima instantia, si appellatio interven-  
nit, ea que non sit deserta, amplius non teneri, quamvis acriter repug-  
nent Thesaurus in decis. decis. 202. Damhuder. in pr. crim. cap. 20. num. 13.  
Hoc loco & illud queri potest. Constat adversus sententias summi Im-  
perij tribunalis latas appellationem admitti nullam vide Cammerge-  
richts Ordnam. p. 3. tit. 5. Sed revisioni tantum deputatorum, at sum. Im-  
perii relinqui locum. Fac jam, se aliquem pro alio in causa aliqua forte  
novi operis nunciacione tanquam fidejussorem obligasse, si sententia  
contra principalem feratur, & ab Impetrante revisio petatur, ecquid  
dictus fidejussor etiam instantia revisionis tenetur, quod magis est,  
ut negem, quò spectant quæ scribunt Bart. in l. fin. ff. de pact. Hippol. ad  
Rubr. num. 93. (n) Barbat. conf. 31 v. 1. num. 2. Baldus in l. 10. Cod. de non  
num. pec. Socin. conf. 62. v. 1. Alterari a. contractus idicetur tum, quando  
postea vel in continenti ut ex intervallo per certa pacta illis quid-  
quam vel adjicitur vel detrahitur Cujac. 14 obs. 28 & 2 obs. 15. Hinc  
respondent Boss. de remiss. merced. cond. Crot. conf. 11. Rubin. conf. 66.  
v. 1. n. 3. Alterato contractu per locato rem licitum esse, fidejussori ab illo  
recedere, eoq; minimè obligatum esse (o) Siquis igitur inquit Ulp. lib.  
77. adde dictum ad judicem aliquem iturus, stipulatus est judicatum  
solvi, & agit apud alterum non committitur stipulatio, quia non huius  
judicis sententia se fidejussores subsiderunt l. 3. ff. de jud. Salv. l. non ab ju-  
dice §. 1. ff. de judic. Hippol. d. l. n. 133 Cravet. conf. 973 lib. 5. Rom. conf. 210  
Natt. conf. 202. Thes. decis. 201. Idem dicam de mutatione actionis, ut si  
forte actor actione reali fuerit expertus deinde ad actionem persona-  
lem prolabatur: Liberatur enim fidejussor l. cum querebatur §. ult. ff.  
jud. solv.

*jud. solv.* Unde Rom. *conf.* 210 *fidejussor*, inquit, ab unam causam facta non trahitur ad aliam, in quam sententiam benè quoque scripserunt *Surdus decis.* 212 n. 2. Roland. à Valle *conf.* 508. v. 1 n. 20. Fidejussorem non teneri quoties variatur res causa vel actio (p) *l. h. quis accessionis ff. b. r.* Natura enim interitu sine culpa & mora debitoris fidejussoris (quod in dubio probare tenetur *l. si creditor ubi Doctores ordinariè ff. b. r. Grav. conf.* 8 v. 1 *Wes conf.* 36 lib. 1. Masc. *deprobat. concl.* 272. Hartm. *Pist.* 9. 18. *Landrecht* lib. 3. art. 5 in fine) redebita sublata obligatio modis omnibus solvitur *l. ult. ff. de solut. l. 23. ff. de V. O. vide Landrecht* lib. 3. art. 10. Et gl. ad *Landrecht* art. 11. vers. die *Fursten* etc. Unde quæri potest, si creditor ad debitorem & fideiussorem literas unà cum tabellario miserit, eique perferendam pecuniam dare iusserit, debitoris an creditoris sit periculum, & creditoris periculo rem omnem cedere non ambigo, diversum vero affirmaverim si debitor pro consequenda liberatione non requisitus à creditore, per nuncium fortè aut aurigam aut nautam creditori pecuniam debitam remittat, eaque vel pereat vel intercipiatur, vide *Bart. in l. 5. ff. de condict. ea dat. &c. Ant. de Grammat. decis.* 190.

### Corollaria.

**C**lemens Pontifex in *elem.* 2. ext. de testib. post publicata & cognita testium dicta vel ut nunc loquimur post didicita testificata, nec in prima nec in secunda appellationis instantia alios testes super iisdem vel directo contrariis articulis (Quinam autem articuli dicantur, directò contrarii tractant gl. & Dd. ordinariè in d. c. 2.) admitti oportere. Qua in re ius Pontificum à iure civili dissidere per suum est *Sichard. in Auth. & quod semel n. 25. n. seqq. C. de probat. Myns. conf.* 85 n. 50. & seqq. *Wurmb. tit. de prob. 1. tit. 2. Bald. in l. per hanc C. appell. Curt. in l. 15. apud n. 23. C. de edend. Jal. in l. admonendi ff. de iurejur. Myns. conf.* 850 n. 5 & seq. *Ferrar. in pract. in form. oppon. cont. test.* Quod mihi non fit vero simile, interim non sum nescius contrariam sententiam summum imperii tribunal approbasse in causa *Zensheim*

284.  
heim / contra Gleich & capel. item in causa Ritzharter contra Joannes  
Hoffner ut observavit Mynf. cent. 1. obs. 41. vid. ord. Camerae p. 1. tit. 33 §  
Im Fall aber / conf. Nicol. Everh. Jun. conf. 64. v. 1.

II.

**R**eccepta est in praxi sententia & praedictis Camerae imperialis  
suffulta vid. Gail. 1. obs. 16 n. 17 oblatam a nunciato satisfactionem,  
de opere demolendo si contra ius aedificatum fuisse constiterit non  
remittere nunciationem, sed expectato trium mensium spacio si intra  
id temporis nunciatus de suo jure non docuerit demum ad satisfactio-  
nem esse descendendum, inspice dr. Petr. Frider. I. Crum clariss. in tr.  
de mand. jud. lib. 2 c. 31 n. 8 Carot. decis. 19 n. 24 Gail. d. l. Anton. Fab. in C.  
suo lib. 8. rit. definit. 1. Et hanc sententiam Curiam Parisiensem sequi scri-  
bit Rebuffus de materni poss. tom 3 art. 2 gl. 3. Satisfactione autem  
idonea oblatam contra denunciante mandatum sine clausula de non  
turbando vel molestando vel impediendo in opere coepto cum an-  
nexa citatione ad docendum de partitione aedificans, impetrare potest,  
modo documentum praestitae cautionis exhibeatur ut observarunt do-  
mini Camerales, in causa Werner Koyen / contra Herzogen zu Stet-  
tin / Pommern / Item / in causa Philippen Henrich von Stockheim /  
contra Albrecht von Rinten / Anno 1591. Haec omnia forte si usum re-  
spicias verissimae sunt, ast si rem omnem ex l. un. C. de nov. oper. nunc.  
probare, quomodo Dd. vulgo faciunt, probare velis vereor ne manus  
dare cogaris.

III.

**A**ugustissimae Camerae Imperialis jurisdictionis quamvis longe sit  
amplissima adeoque in omnibus ferme cum S. S. M. concurren-  
tem habeat jurisdictionem ut verior habet. Dd. sententia de causis ta-  
men feuda (secus namque est in ducat. equitat. Ecc. qui censentur jure  
allodiali Christoff Stroffen inter Germ. I. Ctorum constom. conf. 22 n. 24  
Rosenth. de Feud. c. 12. concl. 1. n. 30. find. Reichen / de pact. investit. 5 num.  
146 p. 2) regalia seu regalem dignitatem annexam habentia (merone in  
aliter se re habere in ipsis regal. nisi forti per privilegia fuerint cessata &  
de eis privilegii validitate controversia existat Tho. Misch. in dis. de iurisd.  
F  
concl.

concl. 31. idque approbarunt dñi Camerales in causa Wirtemberg  
 contra Oesterreich / vel feudo regali adhæreant Geil. 1. p. p. 6. Mynf. 4.  
 cent. obs. 3. Quomodo autem differant ipsa regalia à bonis dignita-  
 tem regalem annorum ani habentibus eleganter docet, Sixtin. *in tra.*  
*de regalib. lib. 1. c. 3.*) concernentibus ut sunt Ducatus Landgraviatus  
 Marchionatus Comitatus Baronatus, vulgò appellantur *sährlich* quod  
 vasalli sub vexillis de iis investiantur vid. Spec. Sax. art. 59 lib. 3. & ord  
 Regim. de Anno 1521. vnd behalten vnd vor die Befehlung der Lehen  
 vnd Regalien der jährigen die sie vnter den Fahnen öffentlich mit  
 Solenniteten / pfelegen zu empfangen / add. Aur. Bull. Cur. 4. c. 5. Camera  
 cognoscere haud potest vid. ord. Camerae p. 2. tit. 7. Ob auch sachen /  
 Rosenth. d. c. 12. concl. i. n. 30. dñ. Tob. Baurm. *in eleg. tr. de jurisd. lib. 2. c.*  
*5. n. 950.* Matth. Steph. *de jurisd. 2. p. 1. c. 1. n. 2.* Schrad. *de f. p. 10. sect. 5. n. 33.*  
 Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 8. n. 41.* Unde quæri solet anno camera de his  
 feudis iudicare possit, si res in meris iudicii possessoris terminis vorta-  
 tur. Sane de momentanea possessione (Quod remedium possessori-  
 um appellatur præparatorium iudicii possessori principalis, item sum-  
 morissimum provisio nate) ut & aliis omnibus mandatis sine clau-  
 sula & c. summaris iudiciis de feudis regalis & eis annoxis regalibus.  
 Iis fit Camera iudicem existere posse facile omnes largiuntur. At  
 de pleno possessorio non caret dubio. Ego vero & in hoc iudicio  
 Camera agnosco competentem iudicem vide Ord. Cam. p. 2. tit. 7.  
 so einen Theil endlich vnd gänzlich abgesprochen werden sollen / Ro-  
 senth. d. concl. i. nu. 65. & d. c. 12. concl. ii. Baurm. & Steph. d. l. Et hanc  
 sententiam Camera approbare in causa Biermund / contra Bier-  
 mund.

#### IV.

**H**Oc plus habet dubii si non de integro ducatu comitatu Baro-  
 niatu, sed tantum de parte tertia quarta quinta & c. Controver-  
 tatur. utrum Camera ut iudex adiri possit? id quod affirmant Ro-  
 senth. d. c. 12. concl. i. n. 30. Sixtin. de regalib. c. 8. lib. 1. n. 20 quorum senten-  
 tia calculo Camerae est munita in causa Wechselyur contra Sutter /  
 Anno 1588. sed fortè rectius negatè concludunt Dñ. Tob. Baurm. de  
 jurisd. lib. 2. c. 59. n. 96. Frider. Bruchm. cons. 16. n. 7.

Ab o.

**A**B omnibus ferè supremis curiis & frequentiss. Dd. suffragiis re-  
cepta & sententia iuramentum in supplementum probationis  
delatum referri non posse, ab ea tamen recessit Anton. Faber *de*  
*ead. 19. err. 2.* Sed levioribus pugnat rationibus quam  
ut à communi sententia quem dimovere  
debeat.

**F I N I S.**



Faint, illegible text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side.



Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to its orientation and fading.

F I N I S .




94 A 7383

ULB Halle 3  
002 133 822




VD 17









DISPUTATIO JURIDICA  
**DE FIDEJUSSORIBUS**

*Quam*  
Divinâ Clementiâ feliciter  
faciente

*Ex*  
Decreto & Autoritate Magnifici & Amplif-  
simi Jctorum ordinis in celeberrima Lipten-  
sium Academia,

*Sub presidio*  
GERBERI Dieterichs Saxonis.

*Nobilissimis ac praestantissimis dnn.collegis dispu-  
tandam exhibeo*

FRANCISCVS à TROTTA Eq. Misn.



HALÆ SAXONUM,  
Typis exscripsit CHRISTOPHORUS BISMARCUS.

ANNO M. DC. XIII.

264.  
10

N. 11.

10

